

Alterius stare possit ex quo pro casu praesenti.

stare possit, ad eum modum, quo plures adducti à Dom. Solorzano supra Cap. 13. num. 77. & Diana Tract. citato, Resol. 33. affirmant Episcopum post acceptas translationis Bullas, etiam si à vinculo prioris Ecclesiae sit absolutus, posse administrare in illa, donec alterius accipiat possessionem. Pro quo & in Politica Lib. 4. Cap. 13. pag. 609. Coln. 2. Stare ergo possunt vinculum cum vnâ, & administratio alterius. Vnde è conuerso quando quis ante Bullas translationis acceptas recedit, vinculum quidem cum priori Ecclesia, retinet, sed administrationem alterius pariter cū illo, donec Bullas translationis acceperit. Sicut & contingit non semel, vt cura vacantis Ecclesiae Episcopo committatur, & in Indiis sic aliquando factum testatur Dom. Solorzano citato Cap. 13. num. 113. & modò etiam tale aliquid circa Episcopatum Paraquariensem agitur, vti iam fructu iam diu votis communibus expetito.

Affertio 2. Praesentati teneri ad Ecclesiam se conferre, idque sub graui peccato.

47 Dico secundò. Episcopi ad aliam Ecclesiam praesentati, & exhortatorio professionis per litteras Regis accepto, tenentur generaliter loquendo ad illas, quamprimùm possunt, se conferre, in quo graue esse peccatum potest immo-derantiâ dilationis. Quod probatur. Primò: quia Rex praesentans id onus potest imponere ex potestati concessione, vt vidimus, & qui praesentationem admittit, illi se subicit, alius fraudem in acceptatione committit; neque enim Rex sic pertinaci gratiam eam faceret, iudicanti aut Regem inique agere ad professionem virgendo, aut si iuste, hortatorium eius, quod mandato æquiualeat, contemnerit. Secundo: Quia translatio propter maius bonum tantum fieri debet, vt diximus, num. 42. pro nunc addenda alia Innocentij Tertij verba citato in Cap. inter corporalia. Vbi sic ait: Non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed Dei veri gerit vicem in terris) Ecclesiarum necessitate, vel utilitate pensata, non humana, sed diuinâ potius auctoritate dissoluit; sic ille: quo fundamento posito currit ratio pro praesentatis generaliter inducta: citato num. 42. Potest enim sic praesentatus ire; & alius maioris boni obligatio instat, eaque in re grauiissima; ergo dum ea non impletur, grauius delinquitur. Tertio: quia vt modò peculiariter videmus Prorex Peruvianus efficaciter instat vt praesentati ad Episcopatum, ad destinatas sibi Ecclesias pergant, quia & ipsi ad hoc Regis mandatis virgetur, vnde & termini futuri discessus praefiguntur. Et licet hæc circa praesentatos nos Episcopos praesertim fiant, ad Episcopos etiam translatos extenduntur. Vbi quidem plusquam exhortatoria interueniunt, & zelo communis boni, ac praesertim Indorum dubio procul peraguntur. Totum autem hoc omnino esset illicitum, si praesentati huiusmodi ad professionem minime tenerentur. Dicere autem diligentiam praedictam esse sacrilegam: intolerabilis assertio est, cum Regium Consilium quid circa hoc per Pontificiam facultatem liceat, nequeat non habere perspectum.

Cap Inter Corporalia.

Translatiorem solius necessitatis aut utilitatis inuitu facientiam.

48 Dico tertio. Utilitas Ecclesiae aliquando adeò imperceptibilis est, vt ea nihil aut certe parum videatur virgere; quia in translationibus istis ad pinguiores redditus tantum videtur attendi, vt qui in Ecclesiis non ita locupletibus seruierunt,

Affertio 3. Quando utilitas aut nulla est aut mo-

administrationis solerter impensæ præmium honoris & commodi temporalis accipiant. Sic cum accidit, rectè quidem facerent, qui suâ sorte contenti, spontè alterius conuubium reculerent. Sed erunt qui sic hæc faciant, pauci: hoc enim pacto ascensus eorum desperantur. Vel quia indecorum ducunt Regi gratiam adeò æstimabilem in faciem reuocare. Et vt illud sit, professionis acceleranda non virget obligatio, & res coram Deo possunt iuxta convenientem vtriusque Ecclesiae statum, si Proregis non instent hortamenta, disponi, quibus etiam potest vrbatum responsum adhiberi, vt ipsi iuxta informationem certam, quæ ad Dei seruitium spectant, etiam sit deat confouere. Quòd autem Rex non sit circa id prorsus inuitus, meritò præsumi potest, quia cum honorem translati in eius praesentatione videatur intendere, non debet credi onus honori præponere, & fauorem in molestiam commutare. Behignè ergo agi cum eo vult, de cuius ita est honore sollicitus, quando ex benignâ huiusmodi tractatione nullum animarum saluti dampnum generatur.

dica, rem aliter posse disponi.

CAPVT V.

Circa Indicos Archiepiscopos vtilia Pronuntiata.

49 Dico primo. Archiepiscopi Indiarum ob dilatam missionem Pallij, vt sæpius accidit, si consecrati sint, Christina consecrari possunt, iuxta probabilem dicendi modum. Id probò; quia licet hoc illis prohibeatur in Cap. Quod sunt de Electione s. super eo: ratio tamen ibi reddita exceptionem dictam videtur comprobare: sic enim ibi: *Christina non tamquam simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videatur.* Sic Innocentius Tertius: qui autem ob dilaciones Pallij Christina consecratur, sub ea protestatione; manifestè ostendit se non vt Archiepiscopum sed vt Episcopum, functionem dictam exercere. Et quidem in Indiis ob distantiam Cathedralium Ecclesiarum, non sine molestiâ magnâ Christina, & Olea sacra aliunde afferri possunt. Neque ita de illorum potest Consecratione, constare ac de iis, quæ à presenti Episcopo consecrantur.

Affertio 1. Archiepiscopus non accepto Pallio, posse aliquando Christina consecrari in propria Ecclesia.

Ca. Quod Sicut, de Elect.

50 Dico secundò. Si Archiepiscopus nondum accepto Pallio in aliena diocesi sit, & ad consecrationem Christina inuitetur, id potest licitè præstare: constat ex adducta ratione; nam in tali casu id non facit vt Archiepiscopus, sed vt Episcopus; eo quòd proprius non adit Episcopus, & ita ab iis, à quibus per ius licet, ad consecrationem inuitatur: licet autem Episcopo impedito, & Capitulo sede vacante, alii que priuilegiatis. Immo etiam si Episcopus proprius impeditus non sit, velique illud genus officij hospitio venerando conferre, non videtur in eo graue aliquid piaculum reperiri. Sicut neque in ordinum collatione, sic aliqui à Panormitano adducti in Cap. sicut de electione, licet ipse contrarium teneat quem sequitur P. Thomas Sancius Tom. 2. Consistor. Lib. 7. Cap. 1. Dub. 16. num. 20.

Affertio 2. Possit Episcopus in aliena & Ordines ibidem conferre.

Circa Indicos Archiepiscopos Pronuntiata.

Affertio 3. Christina prohibito- ne non venire oleum infirmorum.

Leo X.

Ratio diuersa dispositionis circa praedicta.

Observanda doctrina.

Affertio 4. Pse item Ordines sacros conferre.

51 Dico tertio: Prohibitione. Christina non videtur infirmorum oleum comprehendere. Probatur: quia Christina & oleum infirmorum solent vt distincta proponi tum aliàs, tum quando de Indiis agitur. Sic Leo X. in Bulla pro Indiis sæpius adducta: verbis illis: *Nec non uti oleo sancto, & Chrismate antiquis.* Gregorius XIII. similiter, vt est apud Emmanuelem Rodericum. Tom. 1. qq. regular. quæst. 31. art. 5. Id, quod generaliter habetur in Cap. Quoniam, de sententiâ exco- municationis in sexto. Vbi de Chrismate sub eo nomine disponitur & tantum est sermo de illo, quo vertex Baptizati linitur, & ita P. Suarez Tom. 3. in 3. partem Disp. 23. Sect. 1. dicto secundo, iuncto s. Secundo principaliter; bene obseruat, quòd licet apud sanctos Patres mixtum ex oleo, & balsamo nomine olei designetur aliquando, ex eorum tamen doctrinâ, & accommodatione vocis habetur aliquid eo nomine ab aliis sanctificatis oleis denotari. Cum ergo dispositiones legum secundum eam significationem verborum accipienda sint, quæ in vsu communis est, dum aliud ex adimiculis aliis non constat; dicendum est cum de Chrismate agitur, ita esse vt diximus accipiendum. Praesertim quia dispositio poenalis est, in quâ voces non sunt, nisi iuxta receptam proprietatem accipiendæ: secus in fauorabilibus, vt sæpius dictum. Potuit autem vt non prohiberetur olei consecratio, sicut Christina est consecratio prohibita, ea esse ratio, quòd necessitas olei quotidiana sit pro infirmorum vnctione, non ita Christina, quia illud pro Sacramento Baptismi necessarium absolute non est, sed ad ceremoniale aliquid pertinens: pro Sacramento autem Confirmationis necessarium est quidem, sed Sacramentum ipsum necessarium non est, & potest sine salutis periculo differri. Consecratio etiam Episcoporum non ita frequenter occurrit, quæ & ipsa etiam prohibetur. Alia item pro quibus deferuire potest, non ita necessaria sunt, vt in dilacione periculum considerabile possit deprehendi. Fateor in Cap. Quoniam citato: ratione necessitatis Baptismi concedi vt tempore Interdicti Christina consecrari possit, vt scilicet solemniter possit ministrari; quia modus alius administrationis non licet, nisi ratione necessitatis. Sed in dispositionibus, quæ ex Pontificum voluntate procedunt, non est semper querenda ratio, cur vnus concedatur, negetur alterum, in quibus sit identitas rationis, & aliquando pro aliquo maior videatur ratio ad similem concessio- nem aut prohibitionem militare. Pro quo aliqua exempla videri possunt apud Dom. Solor- zanam in Politica pag. 553. s. Vt assequitur: non enim tenetur legislator proportionem illas semper obseruare, sed id quòd conueniens occurrit rationabiliter stabilire.

etiam expectandum sit, semi-vacatio Ecclesiarum erit, dum Pastores quidem habent, sed ad multa, & momenti maximi, penitus impeditos. Quod quidem non videtur quomodo Pontificum voluntati possit esse conforme. Est quidem id iure dispositum, sed iuris dispositiones Indiarum de- tentione priores, vnde non potuerunt, quæ ad ipsas spectant, generaliter prouideri.

53 Dico quinto. Consecrationes Episcoporum eodem modo fieri ab Archiepiscopis possunt; quando cuiuslibet Indiarum Episcopo committuntur, vt fieri solet, habitâ consideratione notabilis dilacionis Pallij, & necessitatis consecrationis ob longam Ecclesiarum vacationem: *Cum tamquam simplex Episcopus, & non tamquam Archiepiscopus facere videatur.* & sic Pontificia de- terminationi minime contraire. Et ex dictis circa ordinationem inferiorum Ministrorum videtur hoc aperte colligi; quia cum Sacerdos Sacerdotum sit, cuius est maior necessitas, ex minore ad illam rectè instruitur argumentum. Pro quo & alius obseruatione dignam est prædictas fun- ctiones ante susceptum Pallium obeuntibus, nul- lam esse poenam impositam, vt aduertunt P. Azor Tom. 2. Lib. 3. Cap. 34. s. Quæres, & P. Fra- gorus Tom. 2. pag. 594. num. 4. vbi alios adducit. Poena ergo arbitraria erit: vbi est manifestus excessus; & mitis quidem iuxta P. Azor. Ex qui- bus non leuis desumitur coniectura; vt intelli- gamus canones prædicta prohibentes, non esse cum eo rigore, quo alij, accipiendos; vnde qua- cumque rationabili causâ occurrente, nulla erit culpa aliter effecisse. Pro quo & est vltierius non leue aliud fundamentum ex doctrina grauium scriptorum desumptum, vt videri potest apud P. Azor supra s. Obiicit id, quod P. Fragorus n. 6. & alios asserentes Archiepiscopum ante rece- ptum Pallium posse suffraganeis Episcopis com- mittere consecrationem aliorum suffragorum: id quod est conforme Cap. Suffraganeis, de elec- tione, vbi id videtur expressè decisis. Et pro auctoritate illius Decretalis videndus P. Sanctius adducendus num. sequenti. Communis autem ratio illa est, quia ille est actus Iurisdictionis, & non Ordinis; & quæ iurisdictionis sunt, ante Pallij receptionem Archiepiscopis conueniunt; vt lucu- lenter Gossa in Cap. Cum ex illo, de translatione Episcoporum. Sed quidem cum Pallium designet plenitudinem potestatis, quæ Archiepiscopis confer- tur, vt expressè habetur in Cap. Nisi, de vsu Pallij; ibi: *in quo Pontificalis officij plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione conferretur.* Cum in- quam plenitudinem talem designet, & actus iste committendi consecrationem suffraganeis ad- eò supereminens sit, non videtur quomodo pos- sit ante Pallium receptum conuenire ex vi solius confirmationis. Et ita dicendum conuenienter apparet ratione necessitatis hanc factam con- cessionem, ne scilicet consecratio Episcoporum tamdiu differatur. Nec valet si dicatur sequi ex eo consecrationem ab illo potius conferendam ad quem de iure pertinet. Respondetur enim hoc noluisse Pontificem, ne circa petitionem Pal- lij negligenter se haberent confirmati, & quia hoc modo voluit excellentiam commendare. Ali- quid ergo circa consecrationem operatur ne- cessitas, vt meritò illud debeat Indiciis Archiepisco- pis

Affertio 5. Et Episco- pos conse- crare.

Non im- po- nam circa praesentati- bus.

Conse- crationem suffraganeis posse com- mittere ex iure.

Ratio Glos- sa non ad- missa.

Cap. Nisi, de vsu Pal- lij.

Ex eo ap- paretur.